actionibus vite Non eſt niſi calor corporis organici cui debetur hec
potentia ſed immediate alimento niſi in loco in quo iam alimentum
ſufficienter paſſum eſt a virtute ſed calor talis autem locus tercie
digeſtionis que in quolibet membro perficitur eſſe iam vel obtinet perfectionem
Unde dicit Ariſtoteles de animalibus quod continuo alimenti unguentum
membri per ſperma quod eſt principium generationis deſcendit Igitur
ex predictis habetur Et humidum quod eſt principium generationis animalium
eſt ſperma quod a membris deſcendit et recipit potentiam que eſt principium
generationis ab calore tercia digeſtione operante in quolibet
membro Ideoque recipit potentiam immediatam augmentandi
et nutriendi ab calore et non a teſticulis Ideo dicit Ariſtoteles
Quod teſticulorum factura non eſt neceſſaria niſi ad ſalvationem
ſpeciei et ſolum facti ſunt in hiis in quibus inveniuntur propter utilitatem ibidem oſtenſam Igitur patet quod humidum ſeminale non
eſt principium generationis per potentiam quam recipit in teſticulis
ſed potius in tercia digeſtione a membris Quare ultima cum tam
ſupradicta Et principium generationis ſit humidum radicale
quod per nutrimentum reſtauratur deperditum cottidie naturaliter vel
accidentaliter certa in menſura et tempore Quia in reſtauratione ca-
dit diverſitas Quia tempore augmenti plus reſtauratur quam
deperditur et tempore perfectionis eſt in ſtatu poſt iſta duo tempora minus re-
ſtauratur propter quod reſtauratio debet eſtimari Cuius ratio
paulo plus poſt clarius oſtenditur Ideo non ſemper ſit reſtau-
ratio principii vite et per conſequens duratio eius tandem deficit
Conſtat autem ex predictis Et in hac humiditate non exiſtit
immediate ordinatio nature vincentis corporis calorem vivificum
ſi enim hoc eſſet per ſe immediate ſubſtantiam corrumperet perpetuo
quod tempore animata et vivencium corpora duraret ſed corrumperent
et minueret unio humidi radicalis et totum ſubiectum deperdi
in vita brevi Sequitur bene Et ſubiectum animalis eſt
aliud immo quodammodo ipſum calor de ligamine vel datum eſt enim
non eſt ad propoſitum ſimile Quia ibi calor non exiſtit ut
eius potentia eſt Illud autem non eſt magnus quod unum agens
unius materie quale eſt enim diverſis in uno inſtrumento operatur
non etiam diverſis ſpeciebus faciat illud ſit uno in eſſe diverſa Et ea
Galienus non intellexiſſe ſic ipſum credunt iſtud quod dicit
membra humani corporis ex humido ſeminali generata non reſtau-
rantur ſi deperdantur et regenerantur intelligere et non aliud Ideo
etc. Et in hoc terminatur tractatus iſte etc.

Intendo autem nunc exponere rem admirabilem ex ſcientia
Ypocratis Galieni Haly Avicenne et aliorum philoſophorum que
occulta eſt per ipſos in eorum libris ſed Iuvenes a ſenectu-
te retardare immo ipſius iuventute diu retinere et
ſenem ad iuventutem reducere Et ſit preſervatio virtutum et
ſpirituum naturalis caloris in ſuo eſſe et reparatio et ipſorum con-
fortatio multiplicatio in corpore deſertum Illud quod diu ſpes eſt rerum